

* famuli tui [*vel ancillæ tuæ*], neque vindictam
sumas de peccatis ejus.

Kyrie, eleison ; Christe, eleison ; Kyrie eleison.

Pater noster, etc.

V. Et ne nos inducas in tentationem ;

R. Sed libera nos à malo.

V. * Salvum fac servum tuum [*vel salvam fac
ancillam tuam*],

R. Deus meus, sperantem in te.

V. Domine, exaudi orationem meam ;

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

CLEMENTISSIME Deus, Pater misericordiarum,
et Deus totius consolationis, qui neminem vis
perire in te credentem atque sperantem, secundum
multitudinem miserationum tuarum, respice propi-
tius * famulum tuum N., quem [*vel famulam tuam
N., quam*] tibi vera Fides, et Spes Christiana
commendant. Visita * eum [*vel eam*] in salutari
tuo, et per Unigeniti tui Passionem et Mortem,
omnium ei delictorum suorum remissionem et ve-
niam clementer indulge, ut ejus anima in hora
exitus sui te Judicem propitium inveniat, et in
Sanguine ejusdem Filii tui à omni macula abluta
transire ab vitam mereatur perpetuam. Per eum-
dem Christum Dominum nostrum. R. Amen.